DISPUTATIO XXII.

Oppoſita.

Lib. unic. Bell. De gratiâ primi hominis.

Reſpondente

DAVIDE TANCKEN Wiſmarienſi Megap.

THESIS I.

Bellarmin. de gratiâ humano generi in primo noſtro parente collata, deq; ejus gratiæ per peccatum amiſsione, ac per Chriſtum reſtitutione Tomo IV. Contr. diſputaturus, ab eo, quod primo loco poſitum eſt, exorditur, ac *triplici gratiâ ſupernaturali* à Deo primum hominem creatum eſſe ſtatuit. *1. quoad animã*, Juſtitiâ originali. 2. *quoad corpus*, Immortalitate. 3. *quoad locum ſeu habitationem*, Paradiſo. Quæ omnia, uno lib. comprehenſa, ut ad divini verbi trutinam examinemus, ordo nobis imponit provinciam.

2. Ubi ſtatim c. *1.§.* 2. egregia obſervatur *Cap. 1*